



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4. In quo sit sicut in subiecto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

character sacramentalis est Christi sacerdotis character, consequens esse: sit quædam diminuta imitatio ordinata ad actus speciales ad Christi sacerdotium: quod est esse participationem sacerdotij Christi. Baptismali siquidem characteri a Christi sacerdote habet homo formaliter & esse membrum Christianæ religionis, & esse capacem recipientem sacramentorum a Christi sacerdote demeritorum. Et simile proportionatur est de aliorum sacramentorum characteribus.

Super Questionis sexagesimæ articulum quartum.

Titulus clarus.

In corpore vna conclusio. Character est subiective in potentia animæ. Probatur. Character est signum, quo anima insignitur ad recipientium vel tradendum. Quod sunt cultus Christiani. ergo ordinatur ad actus. ergo est in potentia animæ. Prima consequentia (si non nisi implicite in litera habetur) probatur ex eo, quod cultus divinus in actibus consistit. Secunda autem, quia potentia animæ ordinatur ad opera, sicut essentialiter ad esse.

In responsione ad primam adverte distinctionem in litera posita, de eo ad quod disponit character, vel proprie vel remote, & quod proxime disponit ad actum Christianæ religionis remote autem dispositionem ad gratiam. Et hoc probatur in litera: quia ad hoc disponit ex consequenti.

Et in potes adverte, quod disponere ad gratiam est eius conditio sibi & multis aliis: multa enim alia disponunt ad gratiam (ut patet) & non est de numero proprio sibi.

Et hæc si retineatur videbis vanum esse laborem Scoti in ultimo dist. 64. sen. procedens ex eo, quod dispositio ad formam, nunquam est in potentia naturali: hoc enim saltem esse constat de dispositione, non proxime sed remote. Potest enim res quæ non nisi remote, & ex consequenti est dispositio ad gratiam (quæ in essentia animæ ponenda est) ponitur in quacunque potentia animæ: immo etiam in membris exterioribus: huiusmodi enim dispositiones (ut in litera dicitur) non utuntur sibi subiectum ex eo, ad quod remote disponunt, sed ex eo ad quod proxime disponunt.

Canone hic de characteris intelligas de characteris de sacramentis characteris imprimendis, & incidas in foueam, putans quod sit

vnde & i. ad Corinth. 12. dicitur, Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus.

AD SECUNDUM dicendum, quod character sacramentalis est res respectu sacramenti exterioris, & est sacramentum respectu ultimi effectus. & ideo dupliciter potest aliquid characteri attribui. Vno modo, secundum rationem sacramenti, & hoc modo est signum inuisibile gratiæ, quæ in sacramento conferitur. Alio modo, sicut propriam rationem characteris: & hoc modo est signum configuratum alicui principali, apud quem residet auctoritas eius, ad quod aliquis deputatur: sicut milites qui deputantur ad pugnam, insigniuntur signo ducis, quo quodammodo ei configurantur. Et hoc modo illi, qui deputantur ad cultum Christianum, cuius auctor est Christus, characterem accipiunt, quo Christo configurantur: unde proprie est character Christi.

AD TERTIUM dicendum, quod characterem distinguitur alijs ab alio per comparisonem ad aliquem finem in quem ordinatur, qui characterem accipit: sicut dicitur est de characterem militari, quo in ordine ad pugnam distinguitur miles regis a mi ite hostis. Et similiter characterem fidelium, est quo distinguuntur fideles Christiani a servis diaboli, vel in ordine ad vitam æternam, vel in ordine ad cultum præsentis Ecclesiæ: quorum primum fit per charitatem, & gratiam ut obiectio procedit, secundum autem fit per characterem sacramentalem: vnde & characterem bestiarum intelligi potest per oppositum, vel obstinata malitia, quæ alij deputantur ad penam æternam, vel professio illiciti cultus.

ARTICVLVS III.

Utrum character sit in potentia animæ sicut in subiecto.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur quod character non sit

A cramenta huiusmodi conferant gratiam ex consequenti, sicutque principaliter causa characterum, & ex consequenti gratiæ: quia character, ut in litera dicitur, non proxime, sed ex consequenti dispositio est ad gratiam. Recolito superius habitam doctrinam, quod scilicet gratia est principalis sacramentorum effectus, & character est effectus secundarius, & per se non licere attribuiere sacramento conditionem characteris, cum enim quod character est remote, & ex consequenti dispositio ad gratiam, fiat quod gratia sit principalis effectus sacramenti: tunc non gratia non esset principalis effectus sacramenti, si solum daretur per sacramentum, ut sequela ad characterem: quæ phantasia procul sit a te: baptismus namque est principaliter lacrum regenerationis in filios Dei: in membra Christi: & secundario impressus characteris, & confert gratiam ex primo principaliter, & præter hoc habet vnde conferat gratiam ex consequenti, scilicet propter characterem, ita quod character naturali ordine est effectus gratiæ, per quam aliquis fit Christianus formatus, prius natura esse, quod spectat ad gratiam, quam posse, quod est characteris: & cum hoc est dispositio ex consequenti ad gratiam, pro quanto ad posse dicitur a Deo, comitatur antecedenter, vel consequenter largitio bene posse.

in potentia animæ sicut in subiecto. Character enim dicitur esse dispositio ad gratiam: sed gratia est in essentia animæ, sicut in subiecto, ut in secunda parte dictum est. * ergo videtur quod character sit in essentia animæ, non autem in potentia.

¶ 2. Præter. Potentia animæ non videtur esse subiectum alicuius, nisi habitus vel dispositionis: sed character (ut dictum est) non est habitus vel dispositio, sed magis potentia, cuius subiectum non est nisi essentia animæ: ergo videtur quod character non sit, sicut in subiecto in potentia animæ, sed magis in essentia ipsius.

¶ 3. Præterea. Potentia animæ rationalis distinguuntur per cognitivas, & appetitivas: sed non potest dici, quod character sit tantum in potentia cognitiua, neque etiam tantum in potentia appetitiua (quia non ordinatur, neque ad cognoscendum tantum, neque ad appetendum) similiter etiam non potest dici, quod sit in utraque, quia idem accidens non potest esse in diversis subiectis. ergo videtur quod character non sit in potentia animæ sicut in subiecto, sed magis in essentia.

SED CONTRA est, quod (sicut in præmissa definitione * characteris continetur) character imprimatur animæ rationali secundum imaginem: sed imago Trinitatis in anima attenditur secundum potentias, ergo character in potentia animæ existit.

RESPON. Dicendum, quod (sicut dictum est *) character est quoddam signaculum, quo anima insignitur ad suscipiendum, vel alijs tradendum ea, quæ sunt diuini cultus. Diuinus autem cultus in quibusdam actibus consistit. Ad actus autem proprie ordinantur potentia animæ, sicut essentia ordinatur ad esse. Et ideo character non est sicut in subiecto in essentia animæ, sed in eius potentia.

AD PRIMVM ergo dicen-

ultima questione, ponente characterem in voluntate, tum, quia est dispositio ad gratiam, quæ est in voluntate, quia gratia est idem quod charitas, tum quia si character est signum vel fundamentum obligationis animæ ad Deum, rationale est, quod ponatur in illa potentia, cuius primo est obligare, vel esse rationem obligandi, talis autem est voluntas, quia præcipue per actum eius aliquis se obligat principaliter, reliqua enim concurrentia ad obligationem, non sunt nisi quedam præambula aut signa.

Ar. 1. q. 110. a.

Ar. 2. huius quest.

Ar. 1. præced. in argum. sed contra.

Ar. præced.

¶ Ad hoc dicitur, quod Auctor & inferius in sequenti articulo in responstone ad secundum, probat characterem non esse in uoluntate: quia character est uis instrumentalis: ac per hoc confititur in moueri ab alio: uoluntatis uero, est mouere seipsam ad operandam. diffonat igitur conditio characteris a conditione uoluntatis. Et hic probat characterem esse in intellectu: quia actus ad quos proxime disponit, scilicet recipere uel tradere ea, quae sunt Christiani cultus, sunt quaedam fidei protestationes. Unde ad primam Scoti obiectionem non oportet aliter respondere: quia iam dictum est, quod characteri non assignatur subiectum, ex eo quod est dispositio ad gratiam: quia remote ad eam disponit.

¶ Ad secundum autem dicitur primo, quod conditionalis assumpta est falsa: quia non est necessaria, quia cum ueritate antecedentis stat quod character sit in illa potentia, cuius sunt primo actus operationes, ad quas character obligat, & non in potentia, quae est primo obligatiua. Dicitur secundo, quod antecedens potest dupliciter intelligi, quod character sit obligatiuus uel proxime, uel ex consequenti. Et quod character proxime & proxime, non est quid obligatiuum, sed professio Christiani cultus & fidei, & propter huiusmodi professionem obligat, quod est ex consequenti obligare: character enim in anima monstrat animam Christianae religionis, ac per hoc obligatam Christo, & non e contra: sicut character militaris monstrat militem romanum, & ideo obligat Caesari. Argumentum autem uenturum antecedente in primo sensu, in quo etiam prima testatur responsio, fallam consistit conditionalem.

¶ Circa eandem responstone dubium aliud occurrit, de ratione assignata in littera, scilicet quia diuinus cultus est quaedam fidei protestatio per exteriora signa: ideo character est in intellectu, in quo est fides. Si enim characteri assignandum est subiectum, ex cultu diuino, ad quem proxime disponit, consequens est ut subiectum eius sit illudmet quod est subiectum proprii & proximi principii ipsius cultus, magis quam illud quod est subiectum principii communis & remoti omnium cultus: sed proprium proximumque cultus Dei principium est religionis uirtus, quae est in uoluntate, ergo character, qui potentia est ad recipiendum, uel tradendum ea quae sunt cultus, est in uoluntate, & non in intellectu, in quo est fides, quae remotum est principium cultus, quia mediante religione, & commune, quia fides operatur mediate ea quae sunt militari uirtutum: puta spei, charitatis, religionis, &c.

¶ Ad hoc dicitur, quod characterem conuenire in subiecto cum fide magis quam cum religione, ex duobus sumi potest. Primo ex eo, quod tam fides quam character inter principia religionis computatur: uniuersa namque religio filia est fidei, & quaedam fidei protestatio: ex religione namque proficitur quilibet fides sua. Character quoque cum potentia sit actiua uel passiua actiua religionis, principii rationem habet, secundo ex eo, quod tam fides quam character respicit diuinum cultum, secundum id quod est: religio autem respicit diuinum cultum secundum rationem boni, est enim religio uirtus moralis cuius est reddere hominem

¶ bonum, & eius opus bonum efficere: fide enim & characterem homo potest in actus religionis: religione autem homo bene se habet ad illos. Et hinc fit, ut character respiciat Christianum cultum, ut professio quaedam fidei est, & non ut bene uel male fit, & propterea ad fidei subiectum accedit, & non sicut ad subiectum religionis.

¶ Ad obiectionem autem in oppositum, dicitur, quod propositio illa: si characteri debetur subiectum ratione cultus, debet potius poni in subiecto principii proximi ipsius cultus, quam principii remoti eiusdem: uera forte est ceteris paribus: sed hic non sunt cetera paria, quia cultus respicitur a principio proximo, pro ut bene uel male fit, a quatione longae est charactera: principio uero remoto respicitur secundum id quod est: in qua ratione conuenit character cum fide, quae est principium remotum, & commune. Et propterea non sequitur, characterem esse in uoluntate, in qua est religio: sed concluditur oppositum, scilicet esse in intellectu, in quo est fides.

¶ Circa eandem responstone dubium ex Durando in 4. sent. dist. 4. quest. 1. occurrit, de subiecto characteris, quod sit potentia exequutiua: quia uirtus perficiens non ad cognitionem nec ad appetendum, sed ad exequendum, debet poni non in intellectu, nec in uoluntate, sed in potentia exequutiua: character autem est huiusmodi, ut patet, ergo.

ARTICVLVS V.

Virtus character inest anima indelebiliter.

¶ AD QUINTVM sic proceditur. Videtur, quod character non inest anima indelebiliter. Quia enim aliquid accidens est perfectius, tanto firmius inhaeret: sed gratia est perfectior quam character: quia character ordinatur ad gratiam, sicut ad ulteriorem finem: gratia autem amittitur per peccatum, ergo multo magis character.

¶ 2. Praet. Per characterem aliquis deputatur diuino cultui, sicut dictum est. * Sed aliqui a cultu diuino transeunt ad contrarium cultum, per apostasiam a fide, ergo uidetur, quod tales amittant characterem sacramentalem.

¶ 3. Praet. Cessante fine, cessare debet & id quod est ad finem, alioquin frustra remaneret: sicut possit

¶ Ad hoc dicitur, quod characterem esse in alia potentia quam intellectus uel uoluntatis, est impossibile: quia quae liber alia potentia est in composito: character autem est in anima intellectiua: quod ex eo patet, quod est perpetuus, remanens in anima separata: in cuius signum si baptizatus aut ordinatus resurgeret, non rebaptizaretur aut reordinaretur.

¶ Ab obiectionem autem dicitur, quod licet maior sit uera de uirtute seu habitu, non tamen est uera de potentia: character autem non est uirtus aut habitus, sed potentia, licet enim habitus in parte intellectiua sit ad cognoscendum uel appetendum: potentia tamen opposita ad naturum esse potest, immo debet: quoniam in intellectu ipse sufficit pro potentia ad intelligendum & uoluntas pro potentia ad appetendum. Quocirca cum character sit potentia in parte superiori: anima ad recipiendum, uel tradendum cultum protestantem huiusmodi, rationabiliter ponitur in subiecto fidei, ut in littera dicitur.

Super Quaestione sexagesimatercia Articulus quintum.

¶ IN titulo aduerte, quod ly indelebiliter potest dupliciter accipi, uel per negationem omnis potentiae etiam logicae, ad deletionem, & sic esset sensus, an character inest indelebiliter, ita quod implicet contradictionem ipsum deleri, & sic sensus procul est ab intentione: potest enim a Deo deleri, desinendo conseruare ipsum: uel per negationem propriae seu proxime naturalis potentiae ad deletionem, & hic sensus est intentus: non enim queritur quis possit Deum facere, sed quid supra naturam conueniat characteri.

